

omnibus fere humanis mediis caret. Si per Dei gratiam brevi obtineremus sobolem ecclesiasticam abundatiorem et donis tam intellectus quam cordis nobiliorem et electiorem, spes esset meliorum.

(f. 348v)

§ IX.

### Caput postulatorum

Intendo apud Sacram Congregationem Episcoporum ac Regularium proponere quaedam, quae ad moniales benedictinas Fluminenses pertinent.

Dein apud Sacram Congregationem Rituum quaedam, quae ad linguam liturgicam in hisce dioecesis spectant. Abusus enim invaluit ut in missa pro lingua veteroslovenica adhibetur lingua moderna Croatica in omnibus partibus quae cantantur; et lingua Latina in aliis omnibus, quae submissa voce dicuntur.

Romae 29. Maji 1885.

Georgius Posilović,

Episcopus Segniensis ac Modrušiensis

## 19.

### Izvješće Jurja Posilovića 1890. godine

#### 1. Opis izvješća

Izvješće nosi nadnevak 30. studenoga 1890., a nalazi se na ff. 355r-359v formata 34 x 21,3 cm, pisano na obje stranice, veoma jasno. Samo izvješće pisano je na preklopjanim folijima, ali ne tako da su stavljeni jedan u drugi, nego jedan kraj drugoga. Sve je prošiveno vrpcem, koja je na prvoj (naslovnoj) stranici pričvršćena voštanim pečatom, na kojem se sada ništa ne vidi jer je slomljen, ali se drži. f. 370rv zadnje su korice. Na zadnjoj strani korica стоји да je izvješće prihvaćeno za prošlo 76. i tekuće 77. četverogodište te da je odgovoreno 3. lipnja 1891. godine. Ispred zadnjih korica ubačeno je nekoliko listova koji su tu dobili svoju folijaciju. Tu je i skica za odgovor na relaciju (ff. 360r-361v) i sažetak savjetnika Kongregacije, s primjedbama (ff. 362v-365v). Na istoj vrsti papira kao i sama relacija napisano je pismo kojim Posilović opunomoćuje Ivana Črnčića, kanonika Zavoda Sv. Jeronima u Rimu, da ga zastupa, a nosi nadnevak 30. studenoga 1890. godine (ff. 366r-367r). Črnčić je 9. prosinca posjetio obje bazilike (ff. 367r, 368r).

Posilović se i ovaj put točno drži službenog upitnika, na koji daje svoje odgovore. Uz izvješće nalazi se i odgovor Kongregacije napisan 3. a poslan 20. srpnja 1891. (ff. 360r-361v) te sadržaj izvješća koje je na talijanskom napravila odgovorna osoba u Kongregaciji (ff. 362r-365v).

## 2. Sadržaj

Nakon relacije iz 1885. bio je biskup u Rimu 1888. prigodom hrvatskoga hodočašća. Sada šalje po prokuratoru Ivanu Črnčiću četverogodišnje izvješće, koje je kratko jer je malo promjena s obzirom na već napisano u relaciji 1885. Povećao se manjak klera, zbog čega su se pojatile druge poteškoće u biskupiji, koja je veoma siromašna, a pučanstvo je zbog prosjačenja dugo vremena odsutno od svojih kuća.

U Bakarskom kaptolu ostao je samo jedan kanonik, a u Riječkom su nedavno umrla trojica, pa je i ondje sada samo jedan kanonik, koji je ujedno i župnik u gradu koji ima više od 25.000 vjernika. Ondje bi trebalo što prije imenovati još bar dvojicu kanonika.

Biskup je dobrom dijelom obavio drugu vizitaciju. Sada 9 župa nema svog vlastitog pastira. Ni kanonikat ni župu ne može slobodno popuniti, makar imao i najboljeg svećenika, ako taj civilnoj vlasti iz političkih razloga nije podoban.

Kongregacija je odgovorila 30. studenoga 1900. godine. Naglašava potrebu svećeničkog odgoja, napose organizirane sastanke na kojima bi se raspravljala teološko-pastoralna pitanja. Potrebno je promicati katolička udruženja te uspostavu službe kanonika teologa i pokorničara. Za sjemenište je potrebno imenovati posebni nadzorni odbor.

## 3. Izvješće

(f. 356r)

Anno 1885. quum praesens essem Romae ad visitanda limina apostolorum, ad testandam venerationem et subiectionem isti Sacrae Apostolicae Sedis, sub 1. Junii exhibui etiam amplam relationem de statu dioecesium Segniensis ac Modrušiensis, quarum administrationis ordinariae onus mihi ab anno 1876. incumbit. Iterum anno 1888. occasione iubilaei sanctissimi domini nostri Papae Leonis XIII. Romam accessi, ac cum Croatica peregrinatione Christi Vicario praestiti humillima obsequia ac vota.

Iam sequenti anno oportebat me iterum adire apostolorum limina relationemque praestare, sed impeditabar tum dioecesis visitatione, tum corporis infirmitate, cuius gratia coactus eram in montuosis regionibus duos menses exigere. Idem necesse fuit facere hoc anno.

Quum tali ratione et propter aegram valetudinem, propter expensas, denique propter necessitatem meae praesentiae in sede, nequeam ipse coram (f.

356v) adesse Romae, relationemque de statu dioecesum mearum praestare: cum bona venia Sacrae Congregationis Concilii constitui meum in hacce re mandatarium reverendissimum dominum dr. Joannem Črnić, archipresbyterum Collegii Sancti Hieronymi Illyricorum.

Quod iam ad ipsam relationem attinet, brevissima est, status enim ab illo, quo fuit anno 1885. nihil est immutatus, nisi quod magnus alioquin defectus cleri increverit, eoque enatae sunt maiores difficultates in regenda et instituenda plebe, quae pauperrima est, et propter quaestum plerumque longissimo anni tempore domo abesse cogitur.

(f. 357r)

### § I. Status Ecclesiae materialis

Quoad dioecesum institutionem, confinia, privilegia, numerum civitatum etc. statum ecclesiae cathedralis I. – V. nil novi accidit.

Quoad statum collegiarum VI: in Buccarana propter cleri dioecesani magnum defectum unus tantum adest canonicus, qui simul parochus est.

In Fluminensi hocce anno tres canonici decesserunt<sup>262</sup>, ut adeo unus tantum supersit, qui simul unam totius civitatis ultra 25.000 animarum parochiam administrat, adiutus a tribus cooperatoribus. Spes tamen adest – tametsi impedimenta a civili regimine ponantur – ut saltem duo novi canonici brevi creentur.

Status et numerus ecclesiarum VII., numerus monasteriorum VIII., seminarium clericorum IX., ita fere sunt, sicut anno 1885. nisi quod numerus candidatorum ad statum clericalem aliquantulum acrescat.

(f. 357v) De numero hospitalium X. de monte pietatis XI., nil novi dici potest.

### § II. De episcopo

Residentiae legem rigorose observat I., visitationem dioecesum alteram in maxima parte peregit II. Sacramenta ordinis et confirmationis rite dispensat III. Synodus provincialis non est habita nec dioecesana haberri poterat IV. Quoad praedicationem verbi Dei V. observandum: sanctae missiones in populo duobus annis non esse habitas, maxime propter ea quod mares per ma-

---

<sup>262</sup> Sva trojica umrla su 1890: 11. veljače Ivan Maršanić, 6. ožujka Bernardin Malle, 25. travnja Ivan Fiamin (*Okružnice*, 1890, str. 20).

ximam anni partem propter quaestum domo abesse coguntur; hiemis vero tempus in montuosis regionibus propter frigus et nives non est commodum.

Depositorium multtarum VI. et taxae cancellariae VII. ita, sicut ante quinque annos. Iurisdictionis (f. 358r) impedimenta VIII. creverunt adeo ut episcopus nulli parochiae, nedum canonicatui, providere libere possit pro suo arbitrio. Civile enim regimen ac meritissimum quidem sacerdotem ad beneficium non admittit, si in politicis ipsi vedeatur minus probabilis.

### § III. De clero saeculari

I., II., III. IV. canonici ecclesiae cathedralis Segniensis intersunt iugiter officiis in choro. Non ita totam choralem officiaturam adimplent canonici ecclesiae cathedralia Modrušiensis in tria collegia distributi; neque canonici ecclesiae collegiatae Fluminensis, sicut expositum fuit in relatione anni 1885.

Hoc tantum additur canonicos ecclesiae Fluminensis etiam obtinuisse a Sacra Sede dispensationem in chorali officiatura, et quidem iam (f. 358v) sub 31. maji 1884. – in quo relatio anni 1885. quoad hoc punctum corrigitur – ad quinquenium, quod iam elapsum est. Nova dispensatio nondum est impetrata. Modo in hoc capitulo quinque canonorum, unus tantum superest canonicus, qui simul parochum agit; quique adiutus a tribus cooperatorebus, curat eam choralem officiaturam implere, quae tum consuetudine tum Sedis Apostolicae dispensatione hucusque obtinebat.

V. Officia poenitentiarii et canonici theologi vacant, quum in nullo capitulo adsint relativae praebendae.

VI. Parochi quoad residentiam. In praesens propter maximum cleri defectum 9 parochiae carent proprio pastore et administrantur a vicinioribus parochis.

VIII. Parochorum cooperatores paucissimi, ex fundatis 82 cooperaturis tantum 21 completae.

Quae sunt reliqua nempe (f. 359r) sub IX. – XV. ita habent, sicut in relatione anni 1885.

### § IV. De clero regulari et

### § V. de monialibus,

ita prorsus quemadmodum in relatione anni 1885.

Idem dicendum

## § VI. De Seminario et

De § VII. ad ecclesias, confraternitates et pia loca pertinente  
denique

## § VIII. De populi moribus

## § IX.

Sacrae Congregationi pro negotiis Episcoporum et Regularium sufficien-  
ter exposui quoad moniales benedictinas Fluminenses ea, quae minus conve-  
niunt cum regula etiam in observanda clausura, (f. 359v) quae tamen in  
praesens propter adjuncta inimica, vel minus favorabilia mutari non possunt.

Item Sacrae Congregationi Sacrorum Rituum, sicut anno 1885. ita denuo  
anno 1888. exposui statum linguae liturgicae in missa et divino officio, quae  
deberet esse vetero-slovenica, non tamen ea est in maxima parte, sed vel Latini-  
na in iis partibus missae et breviarii, quae submissa voce dicuntur, vel vulgaris  
Croatica in iis, quae in missa cantantur.

Segniae, 30. Novembris 1890.

Georgius Posilović

Episcopus Segniensis et Modrušiensis

(f. 366r)

Sacra Congregatio Concilii

Eminentissimi Domini!

Quum anno 1885. ipse coram Romae adfuissem ad visitanda limina Apo-  
stolorum et relationem exhibendam de statu mearum dioecesum Segniensis  
ac Modrušiensis, iterumque occasione jubilaris missae Sanctissimi Domini  
Papae Leonis XIII. cum Croatica peregrinatione Beatissimo Patri obsequia  
praestissem ac vota; oportebat iam sequente anno, nempe elapsis ab ultima  
relatione quatuor annis, denuo me ad Sacram istam Apostolicam Sedem acce-  
dere. Quod praestare non potui eo, quod propter visitationem dioecesis a se-  
de et curandae valetudinis gratia etiam a dioecesi, in toto tres menses abesse  
cogebat.

Idem prorsus hocce anno accidit.

Valetudo mea adhuc infirma est, insuper paucorum (5) canonicorum cathedralis capituli (f. 366v) Segniensis ea conditio est, ut meas vices aegre tantum supplere possint, eo minus quod in dioecesana cancellaria sunt permutati officiales. Quare necesse est me esse in sede praesentem.

Quibus ex rationibus istam Sacram Congregationem exoro, primo quidem, ut de protelato facienda relationis termino, mihi veniam dare; dein benigne indulgere dignetur: ut archipresbyter ecclesiae Sancti Hieronymi Illyricorum Joannes Črnčić, qui mea mearumque dioecesum ad Sanctam Apostolicam Sedem negotia agit, mea vice Sacra Apostolorum sepulchra visitare ac relationem de statu dioecesum Segniensis ac Modrušensis a me in (f. 369) scripto datam ac submissam, isthic exhibere valeat; cui mandatum dedi.

Segniae, 30. Novembris 1890.

Vestrarum Eminentiarum humillimus servus

Georgius Posilović

Episcopus Segniensis ac Modrušensis

#### 4. Odgovor Kongregacije

Kongregacija je odgovorila 3. srpnja 1891, a dopis je odaslan 20. istog mjeseca (ff. 360r-361v).

(f. 360r) Reverendissimo Episcopo Segniensi et Modrusensi

Expedita die 20. Junii 1891.

Pauca quidem Amplitudo Tua de Segniensis et Modrusensi Ecclesiae statu in litteris die 20. Novembris superioris anni Sacrae Congregationi portrectis quae ab Eminentissimis Patribus Tridentino jure interpretando ac vindicando praepositus, tum pro praeterito 76 quadriennio, tum pro vertente 77, quod die 20. Decembris anni 1893. expirabit, lubenti anima admissae sunt. Licet autem ex iis quae exposuisti haud dubia pastoralis tuae sollicitudinis argumenta deprehendantur, tamen Eminentissimi Patres non potuerunt non advertere plura in praefatis tuis litteris desiderari, quae ad rectum super pastorali tua gestione judicium ferendum scitu fereris necessaria. Appellas quidem in pluribus ad anteactas relationes, attamen ut probe nescis, id licitum est in iis quae ad materialem ecclesiasticum statum (f. 360v) pertinent, dum econtra in iis quae formalem attingunt onus catholici orbis praesulibus incumbit singulis Benedictinae constitutionis capitibus ac paragraphis unaquaque vice concinne satisfacere.

Dum igitur haud est ambigendum quin, qua praestas erga Apostolicam Se-  
dem observantiam, huic obligationi in prima relatione te plene conformare  
satagas, interim ne graveris observationes quasdam excipere, quae ab Emi-  
nentissimis Patribus post naturam tuarum litterarum examen factae fuere.  
Harum vere praecipua pastoralem filiarum tuarum lustrationem respicit, quae  
haud exiguo decem et quinque annorum decursu altera tantum vice ad exitum  
perducta est. Quam grave sit Tridentinorum patrum (f. 361r) praeceptum, quam  
necessarium ad salutare filii tuis in tanta temporum iniuitate suavi patris as-  
pectu opportunisque monitis ac sacramentarum administratione juvari haud  
te quidem potest laetare.

Hinc Eminentissimi Patres tuae paternae sullicitudini commendant ut alte-  
ram peregrinationem per tuae ditionis paroecias jam susceptam cito ad exi-  
tum perduces, eamque in posterum statutis a sacris canonibus temporibus  
iteres. Sciunt quidem gravia ex imperviis itineribus ac locorum longitudine  
obstacula descendere. At nil pectori animarum zelo flagrantí difficile. Tibi au-  
tem praesto sunt tot inclitorum praeulum ac praesertim Sancti Caroli Borro-  
mei heroica exempla. Nil insuper velut quominus, si integrum onus per te  
exsolvere nequeas, utaris facultate tibi a sacris canonibus tributa convisitato-  
res deputandi. (f. 361v)

Alterum quod Eminentissimi Patres tuae paternae sollicitudini commit-  
tunt est dioecesanea synodi celebratio, ad quam devenire poteris, licet nullum  
provinciale concilium conovcatum fuerit. Interim vero stude ejusdem synodi  
defectum opportunis supplere mediis, spiritualibus praesertim exercitiis, ad quae  
in aliqua pia domo alternis vicibus peragenda singuli a tuo clero vocentur.

Sacrarum demum missionum officium ad excitandam populi pietatem  
morumque corruptelam emendandam cum apprime noscat, stude ferventi tua  
charitate obstacula superare quae ad huc usque impedivere, atque insimul ha-  
ud ommittre quarundam saltem ex catholicis sodalitatibus institutioni atque in-  
cremento prospicere. Siquidem eae utpote medendis huius aevi malis  
opportunissimae in Illustrissimi Domini Nostri encyclicis litteris summopere  
commendantur.

Macte igitur animo praesul egregius inter undantes huius aevi procellas na-  
vem istam tuis curis Divina Providentia concreditam ad beatum aeterne sa-  
lutis portum moderare. Deus tibi pro sua gloria laboranti aderit ac labores  
tuos uberi caelestium benedictionum copia faecundabit. Nil interim mihi reli-  
quum est, nisi ut impensos animi mei sensus testatos faciam. Eidem Amplitu-  
dini Tuae cui laeta omnia ac fausta a Domino precor.